

dulat; produxit et sanguinem, qui condemnat incredulos.» Plura vide apud Suarez, III part., Quesit. LI, disp. XII, sect. 4, ubi tamen opinatur solum Christi latus sinistrum, in quo est cor, lancea fuisse transfixum, ac prius effluxisse sanguinem, deinde aquam, que pariter sunt probabilia.

35. ET QUI VIDIT. TESTIMONIUM PERHIBUIT, — puta ego ipse Joannes, qui vidi, testor ita esse. Loquitor ut se in tertiis personis modestius ergo.

36. FACTA SUNT ENI HEC, UT SCRIPTURA IMPERITER (in sensu allegorico, non literali, nam litteralis est de agno paschali) : Os non committetur ex eo. — Jusserat Deus, Exod. XII, 46, ut in agno paschali comedendo ossa nulla committerent. Causa litteralis erat, quia festinantes eum comedere debeant, ut non haberent tempus ossa committendi et ex illis medullam expugnandi. Causa allegorica erat quod agnus natus erat typus Christi in cruce immolandi, cuius nullum os committi voluit Deus; idque quia decibat corpus Christi sanctum et divinum mox resurrectum, integrum permanente, ut iam dixi. Symbolica, ut per hoc significaretur primo, determinatum Christi (que erat quasi os sustentans carnem Christi) in passione integrum illas manque permansisse. Ita Rupertus in cap. XII Exodi.

Secundo, ossa, id est virtutem et robur (huius enim symbolum et causa sunt ossa) Christi, quia homo, per passionem non fuisse immunitum, sed potius adaequaret; nam et mens Christi in Deo jugular fixa, ac voluntas ejus voluntati Del fortiter et constanter unita permanebat. Ita S. Hippolytus martyr apud Theodoretum, Dialog. III.

Allegorica causa fuit, ut significaret ossa corporis Christi, hoc est, sanctos Apostolorum non fore confringendos. Ita S. Augustinus, in Psalm. XXIV; S. Hieronymus, in Psalm. XXI, et S. Gregorius, lib. XXIV Moral., cap. XXX.

Huc pertinet S. Hilarius in Psalm. XL, cum ait: Non confracta Christi ossa, quia Ecclesia ex ossa formata non debuit ossium fractio debilitari. Tropologiam vide apud S. Bernardum, serm. De crite, carne et ossibus anima, ubi docet anima cutem esse bona cogitatione, carnem esse pias affectiones, ossa esse sanctas intentiones et propriae; que intentiones deficientibus pias cogitationibus et affectionibus, integræ et solidae servandæ sunt; si enim rumpuntur, homo rumpitur et corrutus.

37. ET ITERUM ALIA SCRIPTURA DICIT: VIDEBUNT IN QUEN TRANSFUXERUNT. — Sytus, perfuderunt. Citat Zechar. XII, 10, ubi illud explicui.

38. POST HEC AUTEM ROGAVIT PILATUM JOSEPHUS ARIMATHÆA (EO QUOD ESSET DISCIPULUS IESU, OCCULTUS AUTEM PROPTER METUM IUDAORUM), UT TOLLIENT CORPUS IESU. ET PERMISSIT PILATUS. VENIT ERGO, ET TULIT CORPUS IESU. — Hec explicuit Matth. XXVII, 58. a Tuli corpus Iesu sepelendum, ait Chrysostomus, non ut condemnatum,

sed ut corpus Prophete magni et admirabilis. Nondum enim credebat Joseph eum esse Deum, et tercia die resurrectum. Erat ergo in eo fides Jesu, sed imperfecta. Ita Chrysostomus. Vide hic ut Deus humiles exalteat. Quam enim ignominiosa fuit passio et mors Christi, tam gloriosa fuit ejus sepultura, iuxta illud Isaiae XI: « Et erit sepulcrum ejus gloriosum. » Vide ibi dicta.

39. VENIT AUTEM ET NICODEMUS, QUI VENERAT AD IESUM NOCTE PRIMUM. — Vox primum, ait S. Augustinus, cum nocte jungenda est; significatur autem non lunc solum veniente, sed tunc primum; venisse vero etiam postea, ut fieret audiendo discipulus.

FERENS MIXTURAM MYRRÆ ET ALOES, QUASI LIBRAS CENTUM, — ut magnifice Jesum tantum prophetam condiret et sepeliret. Magna enim fuit copia unguentorum, que centum libras ponderabat; sed voluit Nicodemus totum corpus Jesu (quod procerum erat et magnum) non tantum circumscriptio copiose perfundere et opprire, sed et in unguento hoc balsamando quas' immergere et sepelire, ut in eo non tam condi, quam innatae videretur. Forte etiam omnes hasce centum libras non insumpsit, sed ex eis quantum necessarium erat et utile, duntaxat deproprietate (1). Mercede hujus officii, charitatis et sepulcra Christi, amplius ab eodem recepit Nicodemus, nam per eum gratiam non tantum Christianus, sed et confessor ac seminarius evasit. Ait quid Gamaliel, apud Lucianum, in epist. De Invent. corp. S. Stephani, de eo narrat: « Cognoscentes Judei illum esse Christianum, amoverunt eum a principatu suo, et anathematizaverunt eum, et de civitate exulaverunt. Tum ego Gamaliel quasi persecutorem pro Christo passum, sustuli eum in meum agrum, et aliud, et vestiti usque ad finem vita ejus, et defunctum honorificè sepeliri juxta dominum Stephanum. » Hinc et Nicodemus, in Martyrologio, Sanctis ascriptus est cum S. Stephano, die 3 augusti.

ACCEPERUNT ERGO CORPUS IESU, ET LIGAVERUNT ILIJU LINTEIS (scilicet sindone, cui impressa sunt cicatricæ Christi vestigia, que hodie Taurini in Pedemontio religiose servatur, quod vide Pædium) CUM AROMATIBUS, SICUT MOS EST IUDÆIS SEPELIRE. — Morem hunc recensuit Matth. XXVII, 59.

Hanc Christi sepulcrationem imitati sunt primi Christiani, qui in sepeliendo mortuorum et aromatis condicendi cœlitas faciebant impensis, ut patet ex Tertiliano, in Apologet.; Prudentio, in

(1) His qui tantam aromatum copiam invenimus fuisse temere objicimus, responderem posset: « Etiam cubiculum illud, in quod corpus Christi repositum est, ad suavem odorem excitandum, undique his aromatisbus implatum fuisse, quod moris fuisse patet ex II Paralip. XVI, 14. Aromata haec etiam ad fragrantem sufficiens cunctos, in ipso hoc sepellendi actu ex parte comburi potuisse. Conf. Josephum, qui, lib. XVII Antiq., vii, 3, quinquecentos servos vel libertos ἀρωματοπόνους, aromata portantes, funus Herodis comitatus esse testatur.

Cathemer., hymno in Exequis defunct.; Nysseno, orat. in funere Meleti; Nazianzeno, epist. 18, et alii. Porro Christiani hunc ritum accepere a Judæis, Judæi ab Ægyptiis, sedes Tacito, lib. XXI Annal., qui ea arte sic desecabant corpora defunctorum, ut eadem quasi ænea efficerent appallentisque lingua Ægyptia Gabbaras, ut tradit S. Augustinus, serm. 420 De divers., cap. XII.

41. ERAT AUTEM IN LOCO, UBI CRUCIFIXUS EST, HORTUS (ubi enim sepeliretur Jesus omnis viroris et vigoris auctor, nisi in horto? Causas dedi Matth. XXVI, 60), ET IN HORTO MONUMENTUM NOVUM, IN QO NONDUM QUISQUAM POSITUS ERAT. — Audi S. Augustinum: « Sic ut in Marie Virginis utero nemo ante illum, nemo post illum conceptus est; ita in hoc monumento nemo ante illum, nemo post illum sepultus est. »

42. IBI ERGO PROPTER PARASCEVEN IUDÆORUM (sabbati imminentis, quo nil operari, nec quem

CAPUT VIGESIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus e sepulcro resurgens appetit primo, Magdalena specie hortulanæ; secundo, vers. 19, decem Apostolis, usque insufflans ait Spiritum Sanctum et potestatem remittendi peccata; denique, vers. 26, isdem rursus appetit et Thomæ, eique vulnera sua palpanda offert.

1. Una autem sabbati, Maria Magdalene venit mane, cum adhuc tenebrae essent, ad monumentum; et vidit lapidem sublatum a monumento. 2. Cucurrit ergo, et venit ad Simonem Petrum, et ad alium discipulum quem amabat Jesus, et dicit illis: Tulerunt Dominum de monumento, et nescimus ubi posuerunt eum. 3. Exiit ergo Petrus, et ille alius discipulus, et venerant ad monumentum. 4. Currebant autem duo simul, et ille alius discipulus praecurrit citius Petro, et venit primus ad monumentum. 5. Et cum se inclinasset, vidit posita linteamina, non tamen introivit. 6. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, et introivit in monumentum, et vidit linteamina posita, 7. et sudarium, quod fuerat super caput ejus, non cum linteaminibus positum, sed separatum involutum in unum locum. 8. Tunc ergo introivit et ille discipulus, qui venerat primus ad monumentum, et vidit, et credit: 9. nondum enim sciebat Scripturam, quia oportebat eum a mortuis resurgere. 10. Abierunt ergo iterum discipuli ad semetipsos. 11. Maria autem stabat ad monumentum foris plorans. Dum ergo fleret, invenerit se, et prospexit in monumentum: 12. et vidit duos angelos in albis, sedentes, unum ad caput, et unum ad pedes, ubi positum fuerat corpus Jesu. 13. Dicunt ei illi: Mulier, quid ploras? Dicit eis: Quia tulerunt Dominum meum, et nescio ubi posuerunt eum. 14. Haec cum dixisset, conversa est retrorsum, et vidit Jesum stantem: et non sciebat quia Jesus est. 15. Dicit ei Jesus: Mulier, quid ploras? quem queris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei: Domine, si tu suscili eum, dicito mihi ubi posuisti eum; et ego eum tollam. 16. Dicit ei Jesus: Mari. Conversa illa, dicit ei: Rabboni (quod dicitur Magister). 17. Dicit ei Jesus: Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum: vade autem ad fratres meos, et dic eis: Ascendo ad Patrem meum, et Patrem vestrum, Deum meum, et Deum vestrum. 18. Venit Maria Magdalene annuntians discipulis: Quia vidi Dominum, et haec

dixit mihi. 19. Cum ergo sero esset die illo, una sabbatorum, et foras essent clausæ, ubi erant discipuli congregati propter mortum Iudeorum, venit Jesus, et stetit in medio, et dixit eis : Pax vobis. 20. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus et latens. Gavisi sunt ergo discipuli viso Domino. 21. Dixit ergo eis iterum : Pax vobis. Sicut misit me Pater, et ego mitti vos. 22. Haec cum dixisset, insufflavit, et dixit eis : Accipite Spiritum Sanctum : 23. Quorum remiseritis peccata, remittantur eis; et quorum refineritis, retenta sunt. 24. Thomas autem unus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Jesus. 25. Dixit eum ergo et alii discipuli : Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis : Nisi video in manibus ejus fixaram clavorum, et mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latus ejus, non credam. 26. Et post dies octo, iterum erant discipuli ejus intus, et Thomas cum eis. Venit Jesus januis clausis, et stetit in medio, et dixit : Pax vobis. 27. Deinde dicit Thomæ : Infer digitum tuum hue, et vide manus meas, et affer manum tuam, et mitti in latus meum : et noli esse incredulus, sed fidelis. 28. Respondit Thomas, et dixit ei : Dominus meus, et Deus meus. 29. Dixit ei Jesus : Quia vidisti me, Thoma, credidisti : heati qui non viderunt, et crediderunt. 30. Multa quidem et alia signa fecit Jesus in conspectu discipulorum suorum, que non sunt scripta in libro hoc. 31. Haec autem scripta sunt, ut credatis quia Jesus est Christus Filius Dei ; et ut credentes, vitam habeatis in nomine ejus

1. UNA (id est prima die) SABBATI, — id est post sabbatum; vel « sabbati », id est hebdomadæ (hæc enim a potiore die sabbati vocatur sabbatum), puta ab Iudeorum, sive de Paschatis, quo Christus resurrexit. Vnde dicta *Math. xxviii, 1* (i).

MARIA MAGDALENE VENIT — cum sociabis, quas nominant *Matthæus*, *Marcus* et *Lucas*; sed hic sola nominatur, quia ipsa ceterarum erat dux, omnibus fervore et operosis.

CUM ADIUC TENEREBE ESSENT — mixta luci orienti, puta in aurora, sive in profundo diluculo, » ut ait *Lucas*. Nota hæc diligenter, vigiliam, ardorem S. Magdalene. In aurora querit Christum, hinc prima eum quasi solem orientem videre metitur. Audi S. Ambrosius in *It. Psalmi LV, Pro susceptione matutina* : « Hanc, ait, matutinam susceptionem possumus ascribere Mariae Magdalene, quia mature ad diluculum ad monumentum vigilans, Salvatoris resurrectionem Domini prima suscepit; et clarescente mundi sole, Solis justitiae ortum præ omnibus sola cognovit, ac susceptione quidem matutina gavisa est diem redditum; sed magis gavisa Christum a mortuis suscitatum; atque in ipsa completa est propheta : Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum levitas. »

AD MONUMENTUM, — ut Iesum sepultum ungeret, ait *Nomus*.

ET VIDIT LANDÆM SUBLATUM — atque angelos dientes Christum resurrexisse; sed Magdalena

(i) Alli, quia legitur in Grece, *exēstōn* in plurali numero, vertunt primo die *hebdomadæ*, festum soli. Paschalis sequentium, et precedentium festum Pentecostes, quod etiam appellatur *festum hebdomadæ*, *īēstōn iēpazōn*, *Tob. II, 1*; *Exod. xxxiv, 22*, *etc.* sed eodem reddit sensus.

hoe non creditit, nec intellexit; unde festina, et anhela recurrens ad Petrum et Joannem, ait : « Tulerunt Dominum meum, » id est a sepolcro ablatum est corpus Jesu Domini mei, nescio a quo, et ubi collocauit sit. Vide ordinem ei seculi totus rei geste, quem encensu *Math. xxviii*, 8. Apposite S. Hieronymus, epist. 150 ad *Hedibum* : « Error mulierum, ait, cum pietate soeiatus est : pietas in eo quod desiderabat eum, cuius noverat majestatem; error in eo quod dicibat : Tulerunt, » etc.

2. CUCURRIT ERGO, ET VENIT AD SIMONEM PETRUM (tanquam Apostolorum primum, et jam a Christo designatum ruum vicarium et successorem, *Math. XVI*), ET AD ALIUM DISCIPULUM QUEN ANADAT JESUS, — ad Joannem, quem sciebat a Christo præ aliis diligi, ac proinde fore diligenterem in exquirendo Christi corpore, quod jam et sepolcro sublatum deprehenderet; præterim quia viderat Joannem secum assisteret cruci, ac proinde magis curulatum et indagaturum corpus Christi.

4. CURREBANT AUTEM DUO SIMUL — Prae exteris cucererunt, qui praeter exteris amaverunt, ait S. Gregorius.

PRAECUPERERIT, — quia junior, agilior et cupidior videndi corpus Christi, quod paulo ante viderat ita deformatum in cruce

5. ET GUM SE INCLINASSET (ut prospiceret in sepolcro), VIDIT POSITA LINTEAMINA (scilicet. sündonem cui involutum fuerat Jesus corpus in sepolcro), NON TANDEM INTROIVIT. — reverentiam defores Petro, quasi seniori et digniori, ut ipse introiret, ali Lyranus; aut timore impeditus, et sero quodam horrore corporis Christi ibidem sepulli correpuls.

6. VENIT ERGO SIMON PETRUS SEQUEST F. 3. FF.

ATROVIOT IN MONUMENTUM. — Petrus, ait Chrysostomus, ut fervidus introit, et diligenter universa inspicit : jam enim milites sepulcri custodes, viso angelo et terre motu, perculsi aufergant et se abscondent. Ita S. Hieronymus, Quest. VI ad *Hedib.*

7. ET VIDIT LINTEAMINA POSITA, ET SUDARIUM QUOD FUERAT SUPER CAPUT EJUS (vultum oblegans, uti mortuis fieri solet honestatis causa), NON CUM LINTEAMINIS POSITIONE, SED SEPARATUM INVOLUTUS IN UNUM LOCUM. — « Signum hoc resurrectionis erat, ait Chrysostomus; non enim si transulserit corpus, nudasset; ne si esset furat, de hoc fuissent solliciti, ut sudarium involverent et scorsum ponerent: Ideo Joannes premisit sepulcrum cum myrra, que conglutinat corpora linteamina, ut non deciperent a dicentibus furto sublatum; quis enim per circa rem superfluum tantum laboraret? »

8. TUNC ERGO INTROIVIT ET ILLE DISCIPULUS, QUI VENERAT PRINCIPI AD MONUMENTUM. — Mysticæ S. Gregorii, homil. 22, per Petrum accepit Synagogam Iudeorum, per Joannem Ecclesiam Christianorum, q. d. « Venit Synagoga prior ad monumentum, sed non intravit, quia legis quidem precepta et prophetas de passione Domini accepit, sed credens in mortuum nolum: secuta posterior Ecclesia Gentium mediatorem Dei et hominum Iesum Christum, et cognovit carne mortuum, et credidit viventem Deum. »

Tropologicæ Toletus: Per Joannem, ait, omnes Christiani; per Petrum, Pontifices Christi vicarii significatur: prior ingredietur Petrus, quia dignitate omnes antecellit Christianos Christi vicarii; et posterior pervenit Joannes, quia fieri potest, ut qui prior est dignitate, sit posterior et celat: ut desideria dilata crescent et crescentia caperent quod invenissent. »

9. ET VIDIT DUOS ANGELOS IN ALBIS, SEDENTES, UNUS AD CAPUT, ET UNUS AD PEDES, UBI POSITIONE FUERAT CORPUS IESU. — Omnia hec, scilicet angelii, vestes albes, sessio, symbola sunt resurrectionis et gloria Christi, ad quam credendam præparant animum Magdalene. Porro unus sedet ad caput, alter ad pedes Christi, ut significant tam pedes quam caput et intermedia membra, id est totum Christi corpus resurrexisse, et angelorum habitum, immortalitatem et gloriam per resurrectionem induendo, ad angelorum consortium transisse, ideoque in sepolcro duos hos angelos quasi custodes reliquisse, qui id ipsum Magdalene nuntiarent.

Mysticæ Origenes: Angelus ad pedes, ait, vitam activam; angelus ad caput, vitam contemplativam representat. Utique enim est ex Iesu, circa Iesum, per Iesum et propter Iesum.

10. DICUNT EIILLI : MULIER, QUID PLORAS? — q. d. Non est plorandi jam locus, sed ridendi et gaudenti, quia nullum hic dilecti ut corpus mortuum vides; inde enim colligere debes: Jam tuum resurrexisse, ac jam non inter mor-

tuos, sed inter vivos, imo inter gloriosos angelos, quales nos sumus, vitam beatam et celestem agere.

DICIT EIS : QUA TULERUNT DOMINUM MEUM, ET NESCIO UBI POSUERUNT EUM. — q. d. Tres ob causas ploro : primo, ob tam indignam cedem et mortem Domini mei Jesu Christi; secunda, ob corpus ejus e sepulcro ablatum : hoc enim si viderem, oscularer, plorarem, ungarem, itaque nonnihil dolorem meum lenirem; tertio, quia nescio quo illud transtulerunt, nescio ubi illud requiram. Si enim id scirem, illico eo accorrerem illudque amplectenter et dissuaviam. Vida hie ut Jesus animas diligentium se sinat ad tempus in tenebris ignorantiae, ut sui desiderium in eis auctor et ascendat, illudque acutum et accensum plena deinde sui revelatione consolatur et letificiet.

Vers. 14. HEC CUM DIXISSET, CONVERSA EST RETRORSUM, ET VIDIT IESUM STANTEM : ET NON SCIERAT QUA JESUS EST. — Nota : « Christus apparuit a tergo Magdalena, ita ut angari in eum insipientes surgerent et caput illi inclinarent, itaque reverentiae et adorationis signa ei exhiberent; et haec fuit occasio, vel causa, cur Magdalena converterit se retrorsum, ut videat quia illa esset, quem angeli tam reverenter salutabant. Ita S. Chrysostomus, hom. 83, et S. Athanasius, vel quisquis est auctor, Quest. LXVIII ad Antiochum. Alli putant Christum pedibus strepitum a tergo Magdalena exelasse, ut ipsa se retrorsum ad Christum streporenam converieret.

Et videt IESUS. — Nimirum a prima meretur gaudia, quae plus ardebat oculis. »

ET NON SCIERAT QUA JESUS EST, — quia alia specie, scilicet hortulanai, ei apparebat, ut cunctis in Emmaus specie peregrini. Gloriosum enim corpora possunt apparere ea specie et forma qua volunt, idque faciunt non mutando ipsum sibi vultus figurare et formam, sed impediendo ne haec vultus figura integras sua species, sed refractas, dimidias et distractas ad oculum intuentis jaciat. Egit hoc Christus, ne primo aspectu eam percilleret, aut Chrysostomus. Rursum, quia ipsa serferebat amore Jesu, hinc Jesus ei apparet; sed quia non credit Jesum vivere, uti angeli ei dixerant, hinc Jesus nonnihil se abscondit, et talis apparuit ei exterior, qualis erat in corde ipsius interior. Ita S. Gregorius, hom. 23, agens de discipulis eundis in Emmaus, quibus Christus apparuit ut peregrinus.

Vers. 15. DICIT EI JESUS : MULIER, QUID PLORAS? QUEM QUERIS? — Audi S. Ambrosium, lib. III De Virgin., enucleate singula expedientem : « Mulier, cui ploras? Qui non credit, mulier est : nam qui credit, in virum perfectum resurgit, in mensuram etatis plenitudinis Christi. Mulier, inquit, non de sexu, sed de cunctatione convictionis; et bene mulier, quae nutabat, quia virgo jam crederet. Quid ploras? id est, tu tibi es causa plorandi, quae ex Christo incredula. Ploras, quia Christum non vi-

dets; credae ei, et videbis: adest Christus, nec unquam illis a quibus queritur, deest; non lacrymis opus est, sed fide prompta et Deo digna; noli cogitare mortalitatem, et non plorabis; noli cogitare peritura, et flendi causam habebas non poteris. Certe, inde ploras, unde alli gratulantur. Quem queris? non vides quia Christus adest? »

Scriptus de Magdalena insigiem pilisque affectibus plenam Origenes hominam, in qua inter cetera ait : « Amor faciebat eam stare et dolor cogebat eam plorare. Stabat et circumspiebat si forte videret quem diligebat. Plorabat vero, quia sublatum existimabat, quem querebat. Dolor renovator erat, quia prius dolerat defunctum, et nunc dolobat sublatum. Et iste dolor major erat, quia nullam consolationem habebat. » Et nonnullis interiectis fontem doloris aperit, dicens : « Petrus ei « bannos dimuerunt, et ideo non sternerunt. Maria autem non timebat, quia nihil suspicabatur sibi superesse quod timere debet. Perdiderat enim magistrum suum, quem ita singulariter diligebat, ut prater ipsum nihil posset diligere, nihil posset sperare. Perdiderat vitam animae sue, et jam sibi melius arbitrabatur fore mori quam vivere, quia forsitan inventeret mortiens, quem invente non poterat vivens, sine quo tamen vivere non valebat. Fortis est ut mors dilectio. Quid enim aliud faceret mors in Maria? facta erat examini, facta insensibili : sentiens non sentiebat, videntes non videbant, audiens non audiebat; sed neque ibi erat ubi erat, quia tamen ibi erat ubi magister erat: de quo tamen ubi esset nesciebat. Non quero angelos, quia possunt dolorem meum augere, non delere, sed meum et angelorum dominum. » Et post plura, que in hanc rem sanctis affectibus festinatio interserit, subiicit : « Angustie mihi sunt undique, et quid eligam, ignoro. Si juxta monumentum maneo, ego illum non invento; si a monumento recesso, nescio infelix quo vadam, nescio ubi sum queram. Discedere a monumento, mors mihi est; stare ad monumentum, irremediabilis dolor est. Melius autem mihi sepulcrum domini custodire, quam ab eo longius ire. Si enim longius abierto, forte sum rediero, ipsum sublatum inventiam et sepulcrum destrucrum. Stabo igitur et hic moriar, ut saltum juxta sepulcrum domini mei sepulcrai. Revertere, rovertere, dilecta mi, revertere, dilecta votorum meorum. » Denique ista subjungit : « Dulce magister, ad quid, queso, provocas spiritum hujus mulieris? ad quid commoves animam eius? Tota pendet in te, tota manet in te, tota sperat de te, et tota desperat de se. Ita querit te, ut querere nihil querat, nihil cogite praeferre te. Ideoque forsitan non cognoscit te, quia non est in se, sed propter te est extra se. Cur ergo dicois : Quid ploras? Quem queris? »

ILLA EXISTIMANS QUA HORTULANUS ESSET (horti in quo erat sepulcrorum Jesu), DICIT EI. — Non quod

appararet Jesus ligonem aut sarculum manu tenens; sed, quod Theophylactus et Euthymius aint, « a communis et viliori habitu, et quia in horto erat, arbitrata est hortulanum esse (nam de militum absconsorum praesentia nihil scivisse videtur); » quodcum sine pallo, ut verisimile est, « appareret quasi domi esset. Sciebat Josephum Arimatheum, horti dominum, illic non habitare; putavit ergo cum esse cui colendi et custodiendi horti incumbebat cura. Ita Franciscus Lucas. Pergit Origenes : « O Maria, si queris Iesum, cur non cognoscas Iesum? Et si cognoscas Iesum, quid queris Iesum? Ecce Jesus venit ad te, et etiam queris, querita te: Nisi vies, quid ploras? Et tu cum hortulanum existimas, ut ipsum non cognoscas. Etenim Jesus est et hortulanus, quia ipse seminat omne semen bonum in horto anime tuae et in cordibus fidelium servorum. » Unde S. Gregorius, hom. 23 : « An non, at, et hortulanus erat, qui in ejus pectore per amoris sui semina virtutum virientia plantabat. »

DOMINI, SI TU SUSTELISTI EUM, DICITO MIHI UBI POSUISTI EUM; ET EGO EUM TOLLAM. — « Eum. » Quem? nee enim eum nominat, sed Iesum, quo plena erat, intelligit. Ita S. Thomas et alii, qui dicunt hunc esse affectum vehementer amantium, ut de quo ipsi cogitant, patent alios etiam cogitare. « Ict fieri potuerit, cum cum prope se videbat, existimaret intellexisse quod ipsa angelis responderat : « Quia tulerunt Dominum meum, » quod videtur subindicare Chrysostomus. Audi Origenem : « Tantus dolor eam invaserat de morte tua, ut non posset cogitare de vita et resurrectione tua. Denique Joseph posuit in monumento corpus tuum : Maria sepulcra ibi pariter spiritum suum, et ita indissolubiliter junxit et quadammodo univit eum cum corpore tuo, ut facilius posset separare animam se vivificantem a vivificato corpore suo, quem spiritum suum te diligenter adfunctum corpori tuo. Spiritus enim Mariæ magis erat in corpore tuo, quam in corpore suo: cumque reprobaret corpus tuum, requirebat pariter spiritum suum; et ubi perdidit corpus tuum, perdidit cum eo spiritum suum. Quid igitur mirum si sensum non habebat, quae spiritum amiserat? Quid mirum si a nesciebat, quae non habebat spiritum quo dñe debeat? Redire ei itaque spiritum suum, quem habet in se corpus tuum, et mox recuperabit sensum suum et reliquum errorum suum. »

ET EGO EUM TOLLAM. — Quid si sit in atrio principis sacerdotum? « Ego eum tollam. » Quid si in domo Pilati? « Ego eum tollam. » quia omnia vincit amor, qui omnia etiam impossibilia sibi possit, imo faciliter reputat. Ita Origenes et Chrysostomus. Licit S. Hieronymus, Quest. V ad Heliobiam, haec verba ignorantes et inconsiderationis esse putet.

16. DICIT EI JESUS : MARIA. CONVERSAILLA, DICIT EI : RABBONI (QUOD DICITUR MAGISTER). — Vocavit

illam non tantum nomine proprio, sed etiam eis vocis sono, suavitate, gracie et efficacia, qua etiam solebat in vita vocare; indeque ipsa statim Christum agnoverit. Unde Christi dignitatem admirans exclamat Origenes : « O rursum dexterum Excelsi. Conversus est dolor magnus in gaudium magnum, mutata sunt lacrymae doloris in lacrymas amoris. Ubi Maria audiuit : Maria (sic enim conueverat eam vocare magister suus), persens et nomine quandam singulari vocacionis dulcedinem, et per eam cognovit ipsum a quo vocabatur esse magistrum suum. Tunc revixit spiritus eius et reversus est sensus ejus. Cumque Jesus vellet adhuc adjungere, non potuit hinc Maria patienter expectare, sed pre nimis gaudio interrupit ea, dicens : Rabboni; non enim arbitrabatur se indigne verbo, quae invenerat Verbum, et longe utilius arbitrabatur tangere Verbum, quam audire quaelibet verba. O amor fortis et impatiens! Non sufficiebat illi videre Jesum et loqui cum Jesu, nisi etiam tangeret Jesum; sciebat enim quia virtus de illo exibat et sanabat omnes. »

CONVERSAILLA, DICIT EI : RABBONI, QUOD DICITUR (interpretatum) MAGISTER. — « Conversa illa : » quia cum Jesus tardaret respondere, illa a Jesus averterat vultum ad angelos, quasi rogatura ab eis quis sit ille hortulanus secundum loquens, et cur ei assurserint eumque tam reverenter salutant; sed audiens a Jesus se compellari suo nomine « Maria, » ex voce agnoscentis Jesum, illico gaudio raptu rursum ad eum faciem totumque se convertit. Vox ergo pastoris penetrante in aures animumque orivula, oculos ei mox aperit, sensus omnes occulta vi et solita dulcedine demulcit, excitat et abripit, ut ipsa inspirato et inexplicabili gaudio ebria dicat : « Rabboni, » id est magister mi, in ego tua discipula, tua filia spiritualis me totam tibi dedo, in te redivivo cursus vivo, exulto et jubilo. Ita Cyrillus, Chrysostomus et alii. Quare provoluta in genua, solvit more suo reverenter non caput, sed per manus tangere, deosculari et cum illis dissuavari: sicut Sunanitis tenuit pedes Elisei prophetae, IV Reg. iv, 27. Id liquet ex eo quod Christus id prohibens, subiicit.

RABBONI, — id est magister mi; sed et mi non addidit Joannes, quia Graece addi non solet, sicut additur hebraice et syriace, ubi in eamdem cum Rabboni, id est magister, coalesceat dictio. Ita Franciscus Lucas. Unde tam Joannes, quam Latinus, Syrus et Arabicus verum magister, omisso est. Rabboni ergo, et Chaldaeus, Rabboni, idem est quod Rab et Rabbi, ubi ultimum iudicari potest, vel ut heematicum, vel ut promonument affixum significante mi. Addit Canicus, in Nomin. Hebr. cap. vi, Rabboni significare magistrum, dominum, principem, esque nome Augustus quam sit Rabbi. Unde non nisi post resurrectionem a Magdalena Christo gloriose tributum fuisse, cum ante eam Christus vocaretur duxisset Rabbi, John. 4.

Vers. 17. 17. Dicit ei JESUS : Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum : vade autem ad fratres meos, et dic eis : ASCENDI AD PATREM MEUM, ET PATREM VESTRUM; DEUM MEUM, ET DEUM VESTRUM. — Difficilis est hic locus, et difficilior connexio. Que enim causa hic significatur, dum tamen ascendit.

*Quid.
Noli me tangere?
tangere?*

*Resp.
Tunc.*

Primo, S. Augustinus, tract. 421, sic explicat et concrevit, q. d. Noli me tangere, quia nequum digne es mihi contactu; nondum enim in corde tuo ascendit ad Patrem tuum, quia nequum perfecte credis me esse Dei Filium, et ad Deum Patrem ascendere. Sic fere et S. Hieronymas, Quest. V ad Hebreum. Verum hoc mysticum potius videtur quam litterale; quecumque est illud S. Leonis, qui, serm. de Ascensione, sic exponit : « Noli me tangere, nondum enim ascendi ad Patrem meum : hoc est, nolo ut ad me corporaliter venias, nec ut me sensu carnis agnoscas. Ad sublimiora te differo, majora tibi preparo : cum ad Patrem ascendero, tunc me perfectius veriusque palpabis, apprehensa quod non tangis et ceditura que non cernis. »

Secondo. Secundo, Cyrus, lib. XII, cap. L : Vetrici, ait, sui contactu, significans neminem ad corpus suum gloriosum, jam etiam in sacramento Eucharistie tangendum et sumendum accedere debere, nisi prius accepto Spiritu Sancto, quem hic nondum miserat, sed 80 dies misit in Pentecoste. Verum hac ratione nec alii mulieres, nec Thomas, nec ceteri post resurrectionem potuerunt tangere Christum : quod tamen fecerunt.

Tertio, S. Chrysostomus, hom. 83, Theophylactus et Euthymius, lib. III de Consensu Evang., cap. xxiv, Theophylactus et Euthymius, in cap. ult. Matth., ac S. Hieronymus, epist. 450 ad Hebreum, Quest. V, scilicet Magdalena viso his Christo, post eius aliquo tempore disparens, festinasse presumque accelerasse, ac assentum fuisse mulieres socias, quae Petrum et Joannem redeuentes secutae domum reverberantes : ipse enim, quia moesta, dubiae et fluctuantes, quia actum esset de corpore Christi, lente et tarde incendebant. Illas ergo festinantes assecuta est Magdalena, ibique Christum omnibus apparentem rursus vidit, adoravit et teletig pedes eius; idque stans insinuat Mattheus, cap. ult., vers. 9, esto id neget Toletus.

Quarto, Justinus, Quest. a Gentilis proposit., Quest. XLVIII, et ex eo Toletus, Franciscus Lucas et alii sic exponunt, q. d. Noli me tangere : sum enim iam coelestis, non terrestris; licet enim nequum ascenderem ad celum, brevi tamen eo ascendam; volo enim te et alios sensim abducere a solita mea presentia et conversatione. Sed audi Justinum : « Illud : Noli me tangere, Marita a Conservatore dictum est hoc sensu : Noli me sequi, ita ut mecum semper verso in ratione, quia sequi, ita ut crucem agerer. Volebat enim sensim ac pedem discipulos a consuetudine adspicere presentia corporis sui abducerre. Itaque nec semper visus est discipulis, in diebus quibus cum eis in terra post resurrectionem versatus

est, nec omnino se inaspicibilem eis praebuit; sed utrumque intervallo spatioque adhibito faciebat, ut et videretur ipsi, et non videretur. Verum haec expositor obscura est, et multa supplerem cogitur, ac invertit in nondum enim ascendit, in in tunc enim nondum ascenderim, brevi tamen ascendit.

Quinto ergo, magis connexe et genuina exponas, ut a « noli me tangere » explices in actu omni perfecto. Magdalena enim tota Christo addicta, cum videret eum resurrexisse, ineffabilis gaudio perfusa, accidit ad eum pectus ibique haec volebat, nec iis deosculandis exsternali poterat. Quare Christus eam prohibet jubete no ibi haec, sed Apostolis mostis suam resurrectionem annuntiat. Sensus ergo est, q. d. « Noli me tangere », id est noli in hoe mei contactu diutius imminari, noli in osculis pedum meorum nimis di dissuasori; sepius enim postea id tibi facere licet, « nondum enim ascendi : ut hebreus, hoc est, nondum enim ascendi, vel non ascendam tam cito ad celum, sed adhuc 40 dies in terra versabor, ac me vobis videndum tangentundique exhibeo. Idcirco propterea ad alias mulieres, quae se separare sequentes Petrum et Joannem, in Ierusalem ad domos suas redeunt, ac cum iis illico perge ad fratres mores Apostolos, de mea morte tristis, atque die illis me resurrexisse et brevi in celum ascensurum; sed prius ab eis videndum et consultandum, ut eis tristitiam examinas, eosque summo gaudio perfundas : sepe enim verba Hebraeorum actum non inchoatum, sed continuatum et perfectum significant, ut alias ostendi. Ita hunc locum explicit Vafibus, Emmanuel Sa, Suarez, lib. III part., disp. LXIX, sect. 3; Dominicus Banes, Ipart., Quest. I, art. 10, dub. 6, ubi ait haec esse communem recentiorum sententiam. Sie et Riberia hic : Sciebat, ait, Magdalena Christum ascensurum in celum, non postea se fruitemus eius conspicu, id est occasione datum tangendi Christum sibi clabi noluit. Sed Christus illi ait : « Noli me tangere », q. d. Adhuc habebis tempus me tangendi et alloquendi; adhuc enim sum in terra, nequum ascendi in celum. Quare noli hi morari, sed gaudio quo frueris, ut eodem fruuntur Apostoli mei. Neque enim fas est in summo hoc resurrectione meos gaudio solam versari, et Apostolos mores mostis tabescere. Unde postea Christus permisit se ab ea et sociabus tangi, dicens : « Avete. Ille : item accesserunt et tenerunt pedes eius », Matth., cap. xxviii, vers. 9, quia iam erant in via, ut nuntient Apostolis Christum resurrexisse (1).

(1) Hodierorum plerique hanc aliam hujus i. interpretationem afflent : « Noli me tangere », hoc est, noli supplicium more, ampliatis meo pedes aut genua, quia jam et celo reversus essem. Nam nihil ignotum est antiquos, cum culicolas aut celestem quendam apparitionem videant, sacro horrore eas percussos : timebant nimis ne quid ei accidenter ob visum. Conf.

Magdalena fronte Magdalene tetigit illique eorum vestigia impressit. Audi Sylvestrum Prieraten apud Surium in Vita S. Magdalene : Cum anno Domini 1497, devotionis gratia antrum, in quo penituit B. Maria Magdalena, et sacræ ejus reliquias apud S. Maximinum visitarem, ostensum est milii plurimis sacram et venerabile caput ejus, grande valde et totum undique usque ad os deputatum, excepta a parte frontis, quam Salvarem omnium diximus tetigisse: illi enim pallis ad instar Athiopissæ clara appetat, et in pelle duæ fosse duarum extremitatum digitorum: quarum altera multo est reliqua evidenter atque profundior, et sub pelle caro ad albedinem declinans.

Secundo, mors, sicut causa dat S. Epiphanius, huius 26, quod Christus, in dare nobis exemplum purissimum et perfectissime castitatis, noluit permittere ut Magdalena hic, utpote mulier, sola solum se tangere; paulo vero post in presentia aliarum mulierum id permisit. Unde hoc Christi exemplum secutus sunt S. Augustinus, S. Ambrosius, S. Martinus, S. Chrysostomus, S. Borromeus plurimique alii, qui nunquam cum mulieribus nisi alii presentibus loqui voluerunt, ut testes haberent suos integratius.

Tertio, allegoricam causam dat Rupertus : Maria, ait, hic gessit typum Ecclesie et Gentium vocandas et congregandas, quae contactu non corporali, ut Iudei, sed spirituali, hoc est fide, ad Christum post ascensionem ejus erat pervergura: qua de re multa habet Chrysologus, serm. 73 et sequent.

Denique validi probabile est quod docet S. Augustinus, lib. III de Consensu Evang., cap. xxiv, Theophylactus et Euthymius, in cap. ult. Matth., ac S. Hieronymus, epist. 450 ad Hebreum, Quest. V, scilicet Magdalena viso his Christo, post eius aliquo tempore disparens, festinasse presumque accelerasse, ac assentum fuisse mulieres socias, quae Petrum et Joannem redeuentes secutae domum reverberantes : ipse enim, quia moesta, dubiae et fluctuantes, quia actum esset de corpore Christi, lente et tarde incendebant. Illas ergo festinantes assecuta est Magdalena, ibique Christum omnibus apparentem rursus vidit, adoravit et teletig pedes eius; idque stans insinuat Mattheus, cap. ult., vers. 9, esto id neget Toletus.

Tropologicus, hic disce gratius esse Christo, ut quis moestis vel afflictis in gravi tristitia, angore, dolore et afflictione constitutis assistat, quam secum parat. Matth. xxvii, 9 et 10 : « Ille autem (mulieres) accesserunt, et tenerunt pedes eius, et adoraverunt eum. Tunc ait illis Jesus : Nolite timere. » Vogelius, in Dissert. de conjecture usi in crisi N. T., pro p. 192 et 193, legemur conject: p. 192, id est, noli stupescere. Haec opinione negari nequit quoniam ingenuis excoquuntur; at merito objictror priori, quod Christus, jam ante resurrectionem, pro Dei Filio mulieribus habebatur; posteriori vero, quod codicum omnium advenit auctoritatis.

sibi, adeo ut concionem et Missam quoque in die festo postponat auxilio agroti vel afflicti, cum necessitas et pietas, vel charitas illud exigit, iuxta illud : « Misericordiam vobis, et non sacrificium, » Cœsa vi, 6, et Matth. ix, 13. Vide illi dicta.

Symbolicæ, S. Bernardus, serm. 5 in festa omnium Sanctorum : « Noli me tangere, ait, nondum enim ascendi ad Patrem meum : verbum gloria est. Nempe filius sapientia gloria patris. Noli ergo, ait gloria, noli me tangere. Noli interim querere gloriam, fuge positus, et vide ne me omnino glorioris, donec perveniantis ad Patrem, ubi si gloriorio omnis jam secura. »

VAE AUTEM AD FRATRES MEOS. — Christus Apostolorum vocat fratres ex mira dignitatem, cum eorum sit caput, dominus et princeps, non tantum quia Deus, sed etiam quia homo : quia scilicet omnes homines sunt fratres ratione naturae humanae, quam eamdem traxerunt ex primo parente Adamo, et quia filii sunt ejusdem Dei Patris per gratiam. Proprie vero, quia erant Apostoli : Apostoli enim inter se erant fratres; Christus autem erat Apostolus, id est legatus a Patre, in mundum missus ad prædictationem Evangelicam, in qua Petrum, Joannem et ceteros, quasi fratres sibi associavat. Sic Pontifex Cardinales et Episcopos vocat fratres, cum sit eorum Superior et Hierarcha. Dicit hoc Christus, ut Apostolos ob fugam pusillanimes animet et in spem erigit, q. d. Esto ipsi me in passione deseruerint, ego tamen eos non desero, sed amo ut fratres; imo propterea resurgentem carnem humanam resumpsit, ut me fratrem eorum ostendat, juxta illud : « Quanto magnus es, humiliata in omnibus, » Eccl. iii.

ET DIC EIS : ASCENDI AD PATREM MEUM, ET PATREM VESTRUM; DEUM MECM, ET DEUM VESTRUM, — q. d. Dicito Apostoli, ut recordentur illius quod eis ante passionem dixi, scilicet me post paucos dies ascensurum in colum ad Deum Patrem.

Dicit autem, « Patrem meum, et Patrem vestrum : » meum natura, ait S. Augustinus, vestrum gratia, » ut ostendat se esse fratrem eorum, utpote qui communem cum eis habeat Deum Patrem, sed hic naturaliter illi adoptivum. Ita S. Ambrosius, lib. III De Virginitate. Porro S. Hilarius, lib. XI De Trinit. : « Est ei Pater, ait, ut certis ex ea parte qua homo est, et Deus ei ut cunctis, ex ea natura qua servus est. Unde ait : Vade ad fratres meos; unigenitus enim Deus sine fratribus est » Planius dicas Christum vocare « Patrem » et simul « Deum », ut per « Patrem meum » suam naturam humanam a se assumptam ostendat, quodique idem ipse verus Deus sit et verus homo. Ita S. Ambrosius loco citato, juxta illud Hebr. ii : « Qui enim sanctificat et qui sanctificantur ex uno omnes : propter quam causam non confunduntur fratres eos vocare, dicens : Narrabo nomen tuum fratribus meis. »

Sensus ergo est, q. d. Dic Apostolis ut timorem et mortis timorem deponant: ego enim jam a morte resurrexi eosque ut fratres amo ideoque max in celum ascendam, ut eis ibidem parem locum, ipsique me eo sequantur, utique inde mittam eis Spiritum Sanctum, qui eos faciat heroicos Evangelii mei preceones.

18. VENIT MARIA MAGDALENA ANNUNTIANS (SYRUS, evangelizans) DISCIPULIS: Quia vidi dominum, et HEC DIXIT IESU. — En Magdalena hic a Christo fit Apostolorum apostola et evangelista. Unde ipsa, post resurrectionem Christi, a Iudea pulsa in exilium, et Massiliam apudib, ibidem incolarum fuit apostola. Meruit hoc incensu sui in Christum amorem, fide, constantiam, per quam ipsa sola, Apóstolis remanentibus, ante solis ortum, ejus sepulcrum adiit et indefessa apud illum permanxit, donec Iesum suum videt.

19. CUM ERGO SERO ESET DIE ILLI, UNA SABBATORUM, ET FORIS ESSENT CLAUSE, UBI ERANT DISCIPULI CONGREGATI PROPTER METUM JUDEORUM: VENIT IESUS, ET SEQUITUR IN MEDIO, ET DIXIT EIS: PAX VOBIS. — « Una sabbatorum, » id est prima die hebdomadie, putata domini, sive die Paschalis, qua Christus resurrect. Vide dicta Matth. xxviii, 1.

Appar.
eo Christi
post re-
infectio-
ne am-
bie clau-
sulae.
4. Et foris essent clause. — Calvinus ait Christi primi clavis aperuisse, vel certe per fenes- tram operam ingressum esse, ne cogitat penetram dimensionem admittere, quodque duo corpora possint esse in loco, ut in Eucha-ristia totum Christi est in loci puncto. Idem de corpore Christi hic censet Durandus in IV, dist. 41, Quæst. VI; putat enim na divina qui- dem potest fieri posse, ut duo corpora se pe- netrent. Verum contrafut omnino hie significat Joannes: idcirco enim al foret fuisse clausas, ut per ilas Christum penetrasse significet, ut pe- netravit clavum matris uterum nascendo et la- pidem sepulcri resurgendo, idque ut ostenderet omnipotentiam sua divinitatis, ac doles resur-rections et corporis gloriis. Ita omnes Pa-tres et ceteri Interpretes Orthodoxi, quos fuse hic citat Adamus Conzon, Mardonius, Bellarmi- nus, controversio Eucharistia, lib. cap. vi, et ali. (1). Audi ex eis præcipuos: Ex Latini S. Augustinus partim, serm. 133 et 460 De Temp., partim epist. 3 ad Votum: « Moli corporis, ait, ubi divinitas erat, ostia clausa non obstruerunt. Ille quippe eis non aperitis intrare potuit, que nascente virginitas Matris inviolata permanuit. Hic

(1) Illi tamen temeritatis causa immerito inureretur, qui negret miraculum et videat penetrationem di- mensorum, hoc versitate positive et directe exprimit. Unum enim dicit Joannes, scilicet fures fuisse clausas; illi autem doce potuit sive ut notaret natum Apostolorum, sive potius tempus quo res accidit, quod Romanis dicebat prima fave, quo tempore fortius vectes oppre-berantur. Porro non, qui xanthanopis frōn venit, ne-cessus est illi xanthanopis frōn veniat. Audi, miraculum hoc versus ratione inuit. SS. Patrum autem traditione atque consensu omnino inconcussum evadere,

siratio queritur, non erit mirabile; si exemplum poscitur, non erit singulariter. Demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur intelligere non posse. In talibus rebus tota ratio facti est potentia creatoris. » S. Ambrosius, in cap. xxiv Luc.: « Clausis omnibus per invia septa corporibus, inoffensa compage corpus insertum est; ideo mirum quomodo se natura corpora per impe-etrabile corpus infuderit, invisibili aditu, visibili conspicit, etc. Non ergo per incorpoream natu-ram, sed per resurrectione corpora qualita-tam imperia usi, clausa penetravit. » S. Hilarius, post medium, lib. III De Trinit.: « Et cum eo clausum domini intelligentie tuo visus introeat. Integra sum omni et obserua, sed ecce assistit medius, cui per virtutem suum unius sunt pervia. »

Ex Graecis Justinus, in Respons. ad questiones a Gerulus propositas, resp. 417: « Ut Dominus, ait, non corporis in spiritum mutatione in mari ambulavit; sed divina sua vi mouit; quod ambulando traxi non potest, pervium fecit, non solum corpori suo, sed etiam Petri: sic divina sua vi, et ex monumento exit, cum saxum in monumentum positum esset, et ad discipulos ingressus est occlaus foribus. » S. Epiphanius, heresi 64 Origenis, longe post medium: « Quemadmodum, ait, Dominus noster resurrexit ex mortuis, non aliud corpus suscitans, sed ipsum quod erat, et non aliud ab eo quod erat, sed ipsum quod erat in spiritualem subtilitatem transmutans, et spirituale totum couluisse, ingressus est per iores conclusas; id quod fieri negatur. » Nostri corporibus propter crassitudinem, et quod nondum in spiritualem subtilitatem sint contuta. » S. Cyrilus in hunc locum: « Clausis re-cepit dominus, omnipotenter sua natura rerum superata, ingressus ad discipulos est, etc. Nam cum Deus verus sit, rerum natura non subjicit. » Euthymius ex S. Chrysostomo: « Janas non pulsavil no turbarentur, sed clausis illi introiuit tanquam Deus. »

Tropologice: Christus apparet eis quifores men-tis mundo et carni oculuerunt, eisque adveniens suavissimam, nec expectatam, dat pacem. Ita S. Gregorius, lib. IV in lib. I Reg., cap. v: « Clausis, ait, janus habent, qui contra humani lapsus negligientiam, officia corporis sub forti custodia stricta refineant, intus etiam sunt, quia in interna dilectione superiore vite requiescent. Quibus profecto resurgens dominus apparet: quia eius gloriam tanto clarius apieunt, quanto per mundi con-tempulum passionis ejus mysterium strictius se-quantur. illi etiam reperi Spiritu Sancto quasi in domo possunt, quia illi percepunt abundantanter gratiarum ejus dona, qui ad ea percepienda esse visibilita contemnendo paraverunt. »

Et stetit, — repente se stetit et visibilis ap-paruit sine previo adventus sui signo. Nonnus, « stetit, ut penna vel cogitatio, » id est ea velo-

citate qua volat avis vel cogitatio, se presentem exhibuit.

In medio, — id est inter Apostolos.

Tropologice S. Bernardus, serm. 6 De Ascens.: « Fallaris, ait, Thoma sancte, fallaris, si vide Domum speras ab Apostolorum collegio separatus. Non amat veritas angulos, non ei diversoria placent. In medio stat, id est disciplina communis, communis vita, communibus studiis delectatur. »

Et dixit his: Pax vobis. — Est Hebraeorum usitata salutatio, qua iis quis salutant, omne bonum apprecent. Pax enim afferit omne bonum, bellum vero omne malum, ut dixi Coloss. cap. iii, vers. 18, et alibi.

20. ET CUN HOC DIXISSET, OSTENDIT EIS MANUS ET LATUS. — Nota: Ex hoc versu, et clarius ex vers. 27, liquet Christianus post resurrectionem in corpore suo gloriose servasse quinque vulnera suorum non solum clavis, sed etiam foramina, idque vere, non ficte, ut contra Porphyrium docet S. Augustinus, epist. 49 ad Beogratias. Quare vulnera haec non implevit carne gloria, que speciem clavi haberet (uti factum esse in eorumdem stigmatis impressis S. Francisco, narrat S. Bonaventura in ejus Vita), sed ea aperta ser-variuit, ut patet ex vers. 27, ubi Thomas in ea iussu Christi suum digitum et manus immisit. Idque fecit primo, ut haec irrefragabili esset signa et argumenta virtutis corporis et resurrectionis ipsius, scilicet ipsum verum habere corpus, ve-reque a mortuis resurrexisse. Ita Cyrilus et Leon-tius. Audi S. Augustinus: « Clavi manus ejus fixerant, lancea latus ejus aperuerat: ubi ad dubitum corda sananda, vulnera sunt ser-vata vestigia. »

Secundo, in signum et tropheum victorie de-ecato, mundo, carne et diabolo per passio-nem suam parte. Ita S. Augustinus et S. Ambro-sius, in cap. ult. Luce.

Tertio, ad majorem in nobis fiduciam excitantem, eo quod Christus vulnera haec Patri exhibens, per ea pro nobis interpellat et omnia im-pet. Ita S. Anselmus, in cap. ix ad Hebr., et Cyprianus, serm. De Baptismo Christi.

Quarto, ad accendendum nostrum amorem, ut Christum pro nobis vulneratum imitemur et redamemus, ac pro eo vicissim vulnera que-bet mortemque ipsam libenter suscipiamus. Ita S. Ambrosius loco citato, et S. Gregorius, in Cant. ap. II.

Quinto, ut in Christus iudei in die judicii Ju-deorum et reproborum impunitatem et ingrati-dinem redarguat, quod tantum neglexerint gratiam. Ita S. Augustinus. Passim enim Theologi-um S. Cyriolo, lib. XII, cap. LVII, docent Christum vulnera hec ascendendo in celum intulisse, ibique in eternum ca seruarum; idque colligi-tur ex Zach. XIII, 6, et Joan. IX, 37.

Porro, speciali Dei miraculo factum est ut illa

vulnerum foramina in Christo non impedi-ant, quo minus nervi et arteriae continuo sint optime disposita, tum ad continendum sanguinem, tum ad omnes actiones et motus vita e Christo obeundos. Vide Suarez, III part., Quæst. XLIV, disp. XLVI, art. 4, sect. 2.

Hinc consequenter S. Augustinus, lib. XXII De Civit. cap. XX, opinatur in martyribus simili modo manus vulnerum, qua acceperunt, cicatrices, quales cerimonia in plenis iam sanatis (nec alia S. Augustinus ibidem videtur ponere in Christo); non enim iis quibus abscessum est capit rursum, sed deinde, aliter manere possunt in cor-pore integro et glorioso, nisi per sui signa et cicatrices. Audi S. Augustinus: « Nescio autem quomodo sic affectim amore Martyrum beatorum, ut velimus in illo regno in eorum corporibus videre vulnerum cicatrices, qua pro Christi nomine pertulerunt? et fortasse videbimus. Non enim deformitas in eis, sed dignitas erit, et quemadmodum in corpore non corporis, sed virtutis pulchritudo fulget; nec ideo lamen si aliqua Martyris amputata et abhata sunt membra, sine ipsis membris erunt in resurrectione mortuorum: quibus dictum est: Capillus capiti vestri non perbit. » Additque: « Non sunt depudata vita virtutis indicia. »

Videtur hoc de Martyribus negare S. Cyrillus, lib. XII, cap. LVIII, sed vere non negat: quia non loquitur de Martyribus, sed de illis qui laborant aliquibus naturae defectibus, ut surci, cecis, surdi; hi enim non ceci et surdi, sed videntes et audientes resurgent.

GAVISI SUNT ERGO DISCIPULI, viso (et ex cicatricibus agito) DOMINO. — De quo audi S. Augustinus, lib. XXII De Civit. cap. xix: « Claritas qua justi fulgebunt sicut sol, in Christi corpore, cum re-surrexit, abscondita fuisse potius, quam defuisse credenda est; non enim eam ferret humanus atque infirmus aspectus, quando a suis ita debet-attendi, ut posset agnosci.

GAVISI SUNT, — tunc quia Christum de morte quoq[ue] incepabant, ad vitam resurrexisse vide-bant; tum quia ab eo omnia bona ab eo promissa, sibi reipsa jam danda sperabant.

21. DIXIT ERGO EIS JESUS ITERUM: PAX VOBIS. — Cur iterum? Audi variis, qui varias causas assignant. Interlinearis: « Iterum confirmationis est, dat eis pacem super pacem, sicut promisit per Prophetam. » Beda: « Repelet, quia gemina est virtus charitatis, vel quia ipse est qui fecit utraque unum. » Glossa: « Pacem offerit, qui propter pacem venerat; iterum ut monstrat per suum sanguinem pacificata, quae in ecclesiis, et que in terra. » Chrysostomus: « Quia prælumen implacabile habebant cum Iudeis, rursus eis pacem annuntiat ut consoletur, simul demonstrans crucis efficaciam, per quam solvit omnia tristitia, et contulit omnia bona, et haec est pax. Multieribus vero supra annuntiatum gaudium, suscepserant

enim maledictionem hanc : in dolore paries ; et erant in mortore.

SICUT MISIT ME PATER, ET EGO MITTO VOS. — Sicut, id est simili potestate, auctoritate, fine, modo, amore.

Nota : Hac vocula « sicut », Christus Apostolos quodammodo sibi regnat et pares efficit, scilicet proportionaliter, ut suos successores et vicarios.

Stent. Par. ter misit chris- tum, ita Christus misit Apo- los : qui san- ges?

Primo ergo, « sicut » significat similitudinem officio, q. d. Simili potestate et auctoritate speciali, qua Pater me misit ad instituendum et regendam Ecclesiam, ego pariter vos mitto, ut sitis ejus doctores et rectores sicut ego sum, ac potestatem habeatis quam remittendi peccata, sicut ego habeo, ut sequitur. Ita Rupertus, Chrysostomus, Cyrilus, Theophylactus, qui assertunt Christum his verbis Apostolos creasse suos vicarios, orbis doctores et pastores, eisque suum officium et auctoritatem, id est omnem potestatem Ecclesiasticam communicasse, ac consequenter « sicut » creasse hic Episcopos : licet nos ter Franciscus Turrianus, ex Ammonio, Theophane, Damiano et aliis, valit Apostolos creatos esse Episcopos in Pentecoste : ita ipse scribens in Clementis, lib. VI Constit. Apostol., cap. xi, pag. 227. Belatinius vero, lib. I De Romano Pontifice, cap. xxiv, ex Tercurecremata, censem solum Petrum ordinatum fuisse Episcopum a Christo, ceteros vero Apostolos ordinatores esse Episcopos a S. Petro. Vrnum probabilem Suarez opinatur omnes Apostolos ab ipso Christo ordinatos fuisse Episcopos, licet de locis et tempore dubitet. Ita ipse, tract. De Fide, disp. x, sect. 1, num. 8; faveit S. Augustinus, in Quæst. novi et veteris Testamenti, Quæst. XVII, dicens : « Ipse enim, priusquam in celos ascenderet, imponens nomen Apostolis, ordinavit in Episcopos ».

Secundo, « sicut » significat similitudinem principi, q. d. Sicut Deus Pater misit me, ita et ego illi per Deum, vos mitto : ita Theophylactus ; principium ergo missionis tam Christi quam Apostolorum est de Deo, in eo est ipse Deus.

Tertio, « sicut » significat similitudinem in fine : utrique enim missi sunt ad eundem finem, scilicet ad fidem propagandam et ad salutem totius mundi. Ita Cyrilus et Leontius.

Quarto, in modo, ut scilicet miraculis vestra dogmata confirmaretis, o Apostoli, sicut ego eadem confirmavi.

Quinto, in amore reciproco, q. d. Quo amore misit me Pater ad sanguinem ejus amore fundatum, eodem ego vos mitto. Summus enim Dei amor est, cum ipso quem suum testem et martyrem efficit. Ita Tolstus.

Audi S. Gregorium : « Sicut misit me Pater, et ego mitto vos, q. d. Ea charitate vos diligio, cum inter scandala persecutorum vos mitto, qua me charitate Pater diligis, quem venire ad tolerandas passiones fecit. »

S. ILLIC CUM DIXISSET, INSUFFLAVIT, ET DIXIT

ES : ACCIPITE SPIRITUM SANCTUM. — Cur a insufflavit? Respondeo primo, ut significaret natum Spiritus Sancti illumque a se sequi ac a Patre. Secundum, spirari et procedere. Sicut enim homo insufflando respire in aliquid, ex ore suo halitus sive spiritum suum corporeum alteri immittit ; sic Pater et Filius spirando producent Spiritum Sanctum eique suum spiritum et divinitatem communicant. Spiritus Sanctus ergo est quasi status divinus, procedens ex spiratione Patris et Filii. Ita S. Augustinus, tract. 121; Cyrus, Boda et alii. Porro insufflatio hæc Christi non fuit ipse Spiritus Sanctus, q. d. Accipite hanc insufflationem, quia est Spiritus Sanctus ; sed fuit ejus signum, q. d. Accipite in hanc insufflatione, sive per hanc insufflationem, ut per signum ei causam instrumentalem, donum Spiritus Sancti.

Secundo, ut significaret Spiritum Sanctum sibi secundum et Patri esse signum, hoc est, consubstantiale, perinde ac halitus insufflando emissus est consubstantialis spiritui illius qui eum emisit et exsufflat. Ita Cyrilus et Leontius.

Tertio, ut ostenderet illum se esse qui primi. Tertius, Adae inspiravit spiraculum vita, iuxta illud Genes. cap. II, vers. 7 : « Inspiravit in faciem ejus spiraculum vita, et factus est homo in animam viventem, » id est factus est homo animal vivens, eo enim hic aliquid, q. d. Sicut ego, qua Deus, olim insufflando Adae indidit illi animam, quod dedit ei vitam naturalem et animalem ; sic nunc ego vobis insufflando per Spiritum Sanctum, qui dat vobis vitam supernaturalem et divinam. Idem ergo ego, qui fui olim creator hominum, jam sum eorum recreator et restaurator. Ita Cyrilus, lib. XII, cap. lvi; Leontius, Euthymius et S. Athanasius, ad Antiochian. Quest. LVII.

Quarto, addit Cyrilus et S. Basilus, lib. De Sp. Tertia ritu Sancto, cap. XVI, et ex eo S. Ambrosius, serm. 20 in Psal. CXVIII, Christum hac insufflatione significans se primitus insufflasse in Adamum non tantum animam, sed et gratiam ; sed quia ipse illum peccando perdidit, hinc se insufflando eandem Apostolis, et per eos ceteris hominibus resurrexit : se ergo gratis amisse esse restaurarem, q. d. Accipite Spiritum Sanctum, quem peccando in Adamo perdidistis, eumque per sacramentum penitentie penitentibus afflate, ac per eum peccata eorum remittite, vosque vita spirituali per gratiam restituire. Aut S. Cyrilum : « Primo, per Verbum Dei factus est homo, et inspiravit Deus in eum spiraculum vita, Gen. II, et sui spiritus participatione eum munivit : verum quoniam per inobedientiam decidit, et pristinum deus amisi, forse? eum rursus Deus Pater, et in novum reduxit vitam per Filium : ut ergo ipsum esse discamus, qui initio naturam nostram creavit et Spiritu Sancto signavit, rursus in initio renovans natura sufflatione Spiritum discipulis largitur, ut sicut creati ab initio sumus, sic etiam renoveremur. »

Symbolice : hæc insufflatio representat peccatum esse quasi nubem atram. Sicut enim hec flante vento dissipatur, sic sufflante Spiritu Sancto dissipatur omnis peccati nebula, juxta illud Isaiae XLIV : « Delevi ut nubem iniquitatem tuam. » Rursum, flatus hic representat potestatem judicariam remittendi peccata, quam hic Christus impellat, per quam eosdem ad remissionem peccatorum disponit. Ita videmus Confessores magni spiritu preditos, multos magnosque peccatores spiritu ori sui compungere, convertere et sanctificare : uti legimus S. Ambrosium, audiendo peccata confitentium, illacrymari solitum, ac sub lacrimis eosdem ad lacrymas et contritionem comovisse.

Spiritus Sanctus modico detinatur postea?

ACCIPITE SPIRITUM SANCTUM. — Nota : Apostolij acciperant in baptismo et S. Synaxi Spiritum Sanctum, erantque justi et sancti ; ejus vero plenitudinem ex Christi promissione acceptori erant in Pentecoste, ut per eam Gentes ad Christum converteretur ; tunc enim Spiritus Sanctus visibiliter in eos per linguis igneas descendens, eos omnibus donis, ac præsertim efficacie prædicandi, cumulavit. Hic ergo Christus Apostoli Spiritum Sanctum, quem jam habebant, dat ad alium sum et effectum, quem nequum debebant, scilicet ad remittendum peccata. « Accipite ergo Spiritum Sanctum, » hoc est accipite potestatem remittendi per Spiritum Sanctum peccata : ita Theophylactus, Euthymius et Rupertus. Id facit ut significet se ad id venisse, iuxta illud Isaiae XVI, 9 : « Et iste omnis fructus ut afferatur peccatum ; » ac se aequo ac Patrem dare Spiritum Sanctum. Ille patet Spiritum Sanctum dari non tantum per gratiam gratam facientem, sed etiam per gratiam gratis datum, qualis est potestas remittendi peccata, que datur sacerdotibus etiam in peccato mortali existentibus, dum ordinantur. Nam Spiritus Sanctus est primarius auctor qui in Sacramento operatur, et per illud peccata remittit, etiam si ejus minister sit impius. Unde Cyrilus et Chrysostomus sic exponunt : « Accipite Spiritum Sanctum, » id est accipite potestatem remittendi peccata per Spiritum Sanctum, vobis in S. mento cooperantem et peccata remittentem. Hoc enim per Spiritum Sanctum cum S. Augustino hic et S. Ambrosio, serm. 10 in Psalm. CXVIII, accipias ipsam Spiritus Sancti gratiam et charitatem ; haec enim hic a Christo maior et auctor infusa fuit Apostolis, eademque sacerdotibus, dum ordinantur, infunditur vi sacramenti Ordinis (nisi ipsi obicem ponant velint in peccatis suis perseverare, vel nolint de preteritis conteni), ut rite et sine peccato sacramentum

Penitentie administrare possint et peccatores absolvere. Sacerdos enim qui alios absolvit, a peccato purus esse debet ; alioquin peccat, sed tamen penitentem vera absolvit et justificat. Ex dictis liquet Spiritum Sanctum habere primam et summam potestatem remittendi peccata eamque communicare Apostolis, ac profunde ipsum vere esse Deum. Ita S. Basilus, lib. V. *Contra Eunomium*; S. Ambrosius, lib. III *De Spiritu Sancto*, cap. xix, et Chrysostomus, homil. 6 in *Epist. II ad Cor.* Porro eadem potestas communis est toti sancti Trinitati, sed appropriata Spiritui Sancto, sicut et bonitas et amor, et omnia opera sanctificationis ; Patri vero appropriata potestitia, Filio sapientia ejusque opera.

Nota secundo, Spiritum Sanctum ejusque potestatem remittendi peccata hic dari Apostolis, non tam propter ipsosmet, utpote futuros judices reorum in tribunali penitentie, quam propter reos penitentes : unde eadem datur etiam sacerdotibus malis, dum ordinantur, sicut potestas judicandi in foro seculari dari potestis iudiciorum ; si tamen ipsi se per penitentiam ad Ordinationis sacramentum rite suscipiendum disponant, accipient in eo Spiritum Sanctum, etiam ad sui sanctificationem, ut aptiores sint ad alios, puta penitentes sanctificandos, sicut hic factum est Apostolis.

Notat tertio S. Cyrillus et ex eo Maldonatus, etiam Thomas licet absentia, hic a Christo inspiratum fuisse Spiritum Sanctum eique collatum fuisse potestatem remittendi peccata ; sicut olim spiritus prophete per Mosen datum fuit Eldad et Medad, licet absentibus, Num. XI, 26. Verius tamen videatur contrarium, Nam Thomas tunc erat incredulus, ideoque incapax Spiritus Sancti ; quare Spiritus Sanctus et potestas remittendi peccata Thome a Christo data fuit octavo die, cum ei Christus apparuit et vulnera sua ostendit, ita quecum convertit. In *Toletus*, Ribera et alii.

Denique nota hoc Christi exemplum pro ceremonia Ecclesiastica. Christus enim ceremonia insufflandi contulit Apostolis Spiritum Sanctum et potestatem remittendi peccata. Ergo ceremonie Ecclesiastica non sunt res otiose, frivole et superflue (uti volunt hereticci), sed decorata, efficaces et religiosae.

23. QUORUM REMISERITS PECCATA, REMITTENTUR EIS ; ET QUORUM RETINCIERITS, RETENTA SUNT. — Calvinus hoc detorquet ad prædicationem Evangelii, q. d. Quibus predicaveris Evangelium, si ipsi ei credant, hoc ipso per fidem remittentur ei peccata. Verum nemo non videt hanc explicationem esse contortam, violentam, ineptam et ridiculam. Nam sic non Apostoli, sed ipsi credentes quasi iudices credendo, per fidem suam sibi ipsi remitterent peccata, quod est absurdum ; nemo enim seipso superior, aut sibi ipsi iudex est, ut sibi peccata remittat.

Secundo, hæc duo, scilicet prædicare Evange-

Num et remittere peccata, sunt plane diversa et disparata; prius enim est opus Apostoli praedicantis, posterius vero est actus iudicis iudicantis: remittere enim peccata est actus judicialis.

Tertio, Evangelium omnibus est predicandum; hecque Calvinii absolutio omnibus etiam impensis dari potest: Remittuntur tibi peccata, si credis Evangelio. Christus autem non omnibus vult peccata remitti, sed aliquorum peccata jubet retineri, scilicet quorum retinenda censerunt et jucundant Apostoli eorumque successores.

Quarto, quia Christus iam ante potestatem praedicandi clare dederat Apostolis eosque ad praedicandum miserat, *Iude. x. 4*; ideo eius mandatum deuterapadicandibique, *Math. cap. ult.*, et *Marc. cap. ult.*, 15: «Euntes, ait, in mundum universum, predicate Evangelium omni creatura.» Quorsum igitur hic illud verbis tam obscuris et infintigibilibus repeteret?

Dico ergo: Deinde est hunc locum intelligi debere de sacramento Penitentiae, in quo sacerdos quasi index vere remittit non tantum penas, sed et culpas peccatorum penitentem seseque per confessionem accusantium. Id patet ex ipsis verbis, que omnia sonant et significant potestatem iudiciarum remittendi aut refinendi peccata pro suo iudicio, hic a Christo ad Apostoli quasi iudicibus in foro et tribunali conscientie. Ita hunc locum intellexerunt omnes Patres totaque Ecclesia locum speculo, ut definit Concilium Tridentinum, sess. *xv*, can. 3: «Si quis dixerit, ait, verba illa Domini Salvatoris: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt, non esse intelligenda de potestate remittendi et refinendi peccata in sacramento Penitentiae, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit, deterrit autem contra institutionem hujus Sacramenti ad auctoritatem praedicandi Evangelium, anathema sit.» Christus ergo hoc locum sacramentum Penitentiae per modum iudicii instituit, ut definit idem Concilium ibidem, can. 4: «Dominus, ait, sacramentum Penitentiae tunc praecepit instituit, cum a mortuis excitatus insulavit in discipulos suos, dicens: Accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; et quorum retinueritis, retenta sunt. Quo tam insigni facto et verbis tam perspicuis, potestam remittendi et refinendi peccata, ad reconciliandos fidèles post baptismum lapsos, Apostolis et eorum legitimis successoribus fuisse communicatam, universorum Patronum consensus semper intellexit.» Patrum testimonia citat Bellarminus, lib. *III De Penitentia*, cap. *II*, ac inter alios S. Gregorii, homil. *26*, dicentes: «Principatum divini iudicij sortiuntur, ut vice Dei quibusdam peccata refineant, quibusdam relaxent.»

Sensus ergo est, q. d. «Accipite Spiritum Sanctum, per quem tradis vobis potestatem ordinis, quam etiam qui est in peccato habere potest,

et simul tradis vobis gratiam et sanctificationem, ut digna et sancte hanc potestatem exercatis, non in allorum solum salutem, sed etiam in vestram.» Quorum remiseritis peccata: » vere enim remittet ut ministri mei, et non tantum remissa esse ostendit, etc.; et quorum retinueritis, » vel non absolvendo eos, quia ad vos non veniunt, vel quia absolute indignos putabitis, etc., a retenta sunt » in celo a Deo.

Dices: Cyrilus hic exponit hunc locum de ^{Objecto} _{et S. G. 6.} predicatione Evangelii. Respondeo: Cyrilus de

Intellexit institutam etiam esse a Domino integrum peccatorum confessionem, et omnibus post baptismum lapsis jure divino necessariam existente; quia Dominus noster Jesus Christus, et terris ascensurus ad celos, sacerdotes sui ipsius vicarios reliquit, tanquam praesides et iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in que Christi fideles cederint, quo, pro potestate clavis, remissoris aut retentionis peccatorum sententiam pronuntient. Constat enim sacerdotes iudicium hoc, incognita causa, exercitors non potuisse, neque sequitur quod item illos in penis injungendis servare potuisse, si in genero duntaxat, et non potius in specie ac sigillatio sua ipsi peccata declarassent. Ex his colligitor oportere a penitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligenter sui discussionem conscientiam habent, in confessione recenseri, etiam si occultissima illa sint. Errat ergo Cajetanus dicens hic non tradi preceptum Confessionis. Error hic post Concilium Tridentinum est heres, sed Cajetanus Concilium hoc antecessit.

Et QUORUM RETINUERIT, RETENTA SUNT. — Nota: ^{Vera. 24.} **R**etinueritis non significat negationem duntaxat absolutoris, sed potestatem positivam. Sensus enim est: «Quorum retinueritis, » id est, quos indignos absolutione iudicaveritis ob suam indispositionem, quos repuleritis, quos rejeceritis ab absolutori, quos judicaveritis peccati reos, ideoque gehenna dignos, hos pariter tales iudicabit Deus qui solus primario et propriu auctoritate peccata condonat vel refinet. Solus enim Dei proprium est condonare offensam in se commissam; sed ipse hac in loco suo quasi vicarios suos constituit Sacerdotes. Hoc est quod Christus ait *Math. xviii, 18*: «Quicumque alligeraveritis super terram, erunt ligata et in celo, » v. g. Sacerdos, si videt penitentem non habere serum de peccatis dolorem, aut non habere serum propositum emendacionis, quia non vult relinquare concubinum vel alias propinquas pendiocies, au. «Non vult restituere famam, vel opes proximo surreptas, debet ei negare absolutorium et judicare ipsum absolutionis incapacem et in peccato suo manere a cum reatu

genenza. — Non ERAT CUM EIS, — quia, ut ait S. Chrysostomus, Theophylactus et Euthymius, Apostoli omnes in passione Christi fugientes dispersi fuere; sed die Dominicæ sensim se collegerunt, redieruntque ad ecclasiænum, ut. sunt Christi ultimæ comam conearant: unde eodem die, secundo Christus resurgens ibidem apparuit illis: Thomas vero nocturnum ex fuga redierat. Probabilis S. Augustinus, Beda, Lyrarus, D. Thomas, Cajetanus, Toletus et Ribera respondent Thomam fuisse cum easter Apostolis, cum duo discimus ex Emmaus redeuentes narrarunt se viuiss Christum; sed quia haec narratio videatur Thomam incredibilis et fictitia, hinc usque offensum credulitatem Apostolorum illi credentiam, ipsos reliquist et abit: sic enim abiro solemus, cum sermo cur iuspiam nobis displiceret. Id inquit Lucas, can. ult., cum ait mulieres et sepulcro redentes narrasse ea quae viderant undecim Apostolis: ergo aderat tunc Thomas, et solus duodecimus Iudas abierat, utpote iam suspensus. Quare, cum ait Lucas, cap. *xxiv, 11*: «Eritis sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, » videatur notare Thomam.

25. DIXERUNT ERGO EI ALII DISCIPULI: VIDIMUS DOMINUM.ILLE AUTEM DIXIT EIS: NISI VIDERIS IN MANIBUS EIUS FIXARUM CLAVORUM, ET MITTAM DIGITUM HEUM IN LOCUM CLAVORUM, ET MITTAM MANUM MEAM IN LATUM EIUS, NON CREDAM. Nisi video. — Peccavit hic Thomas: primo,

incredulitate; secundo, pertinacia; tertio, superbia; quarto, irreverentia: ceteris enim omnibus Apostolis dicentibus Christum resurrexisse, obstinate restitit, nec fidem habere voluit; quinto, presumptione, quia non aliter voluit credere, nisi manum et digitos in vulnera Christi inferret. Tane, o Thoma, presumisti leges Christo prescribere? Secundo, quod in hac incredulitate obstinatus est per celo dies, forte etiam ipsa Christi matre contestante a credere. Quare fuit incredulus non circa modum resurrectionis, ut vult S. Ambrosius in cap. ult. *Luc.*; sed circa ipsam resurrectionis Christi veritatem, quasi illi Apostoli fuissent illusi et decepti, nec verum Christum, sed phantasma Christi specie larvatum vidissent, ut recte advertit Crigentes, lib. II *Contra Celsum*, Sic et S. Augustinus, lib. XVI *Contra Faustum*, cap. XXXIII, et S. Gregorius, hom. 26.

Porro haec Thomas incredulitas ora fuit partim ex eo quod ipse non crederet Christum esse Deum; si enim credidisset, facile cognovisset Christum potuisse corpus sume et morte ad vitam suscitare: mirum est ergo Cyriulum dicere quod Thomas crederet Christum esse Deum; partim ex nimia tristitia et dolore, presertim quod ceteris Apostolis Christum videtibus, solus ipse cum non vidisset. Hoc enim pungebat et cruciabat cor eius: unde in has voces aeres doloris indices erupit. Ita Cyrillus, lib. XII, cap. LVI. Permitis illi Deus, tunc ut ipsa Thomas, tum ut nos omnes in humilitate aque a fide resurrectionis Christi per novam Christi apparitionem firmarentur. Ita S. Gregorius, hom. 26; S. Augustinus, serm. 161 *De Temp.*, et alii.

FIGURAM. — Graece *πίνακα*, id est *figuram*, et sicut legunt multi codices Latinū: sed eodem reddit sensus; figura enim haec intelligitur figura relata ex clavorum fixione. Unde Arabicus verit, *vestigium*; Syrus, *locum clavorum*. Radix enim *ρύντη* idem est quod *signo*, *insculpo*, *impresso*, *figuro*, ut fit in incisione æris, argenti vel auri: sic enim clavis et lancea incisa manibus et lateri Christi, insculpta et impressa fueru vulnera. Pulsus S. Augustinus, serm. 159 *De Temp.*: « Manus ait, quebat et latus, et dum curiosus existit in vulnera, mortem incurrit in fide: voluit Dominus ut videat, ne incredulitate animam perderet. »

Item 26. 26. Et rost nrs octro, — hoc est octavo die (non nono) a Dominicā resurrectionē Christi ianuiente, et in vesperam noctemque vergente, puta Dominicā in Albis, sive in octava Paschæ, quando hoc mysterium recolimus et in Missa hoc Evangelium legimus. Unde notat Cyrus Apostolos tam tunc ex indicis apparitionum Christi, copisse de Dominicō conventus Ecclesiasticos agere, et quasi consecrare diem Dominicum, eo quod illo die Christus resurrexisset: quare Christum ad Dominicā sabbato substituendam sensim Apostolos direxisse.

ITERUM ERANT DISCIPULI EIUS INTUS. — in cena-

culo Hierosolymitanō paulo ante dicto. Parum ergo probabile est quod ait S. Hieronymus in cap. ult. *Math.*, vers. 46, item Rupertus et Riberus hic, Christum apparuisse Thomae et Apostolis, non in Jerusalem, sed in Galilaea: ibi enim postea Christus apparuit non tantum Apostolis, sed et ceteris fidelibus.

ET THOMAS CUM EIS. VENIT JESUS JANUS CLAUSIS. Jesus ita
est etiam
in medio

ET STETIT IN MEDIO, ET DIXIT: « TAN VORIS. — Nota mīrū Christi dignationem, qua ut Thomam sic ap- infidelum et pertinacem convertat, fieri ei se ret.

non tantum videndum, sed et palpandum offert.

Venit ille fecit non ob Thomam solum, sed et propter ceteros Apostolos, ut eos nosque omnes in fide resurrectionis firmaretur.

27. DEINDE DICIT THOMA: INFER DIGITUM TUUM

IUC, ET VIDE MANUS MEAS, ET AFFER MANUM TQM,

ET MITT IN LATUM MEUM (ecce Clementem Christi,

qua per omnia ad ea que postularat Thomas,

se demitti, ejusque votis per omnia obsecundat, ut eum convertat. Enī, ali Chrysostomus, ut

Christus etiam pro una anima vulnera sua ostendat, et cum crassioris esset ingeni, a crassissime

sensuum fidem sibi querat, id est a tactu), et

NOLI ESSE INCREDULUS, SED FIDELIS. — q. d. Putas,

o Thoma, me non scire ca que de me absent

dixisti; sed scito me ea scire, mo presentem

audivisti. Audi te enim ex incredulitate dicentem: « Nisi mittam digitum meum in locum clavorum, et mittam manum meam in latum eius, non credam. » Facito, sicut dixisti: enī tibi offero perforatas manus latusque meum, ut ea concretes, palpes, mo dico et manu tua metaris ut deponas tuam incredulitatem, ac deinceps credas me resurrexisse: euudem, inquit, numero, qui in cruce transfixus peperi, non alium. Hac ratione curat alterum Christus vulnera infidelitatis Thomae; ostendit enim se omnia etiam secreta nosse, esseque cardiognostem, id est cordium cognitorem, ideoque Deum, quod Thomas non credebat. Sanat ergo Christus morbum a radice; id enim Thomas non credebat Christum resurrexisse, quia non credebat ipsum esse Deum.

Queres, an vere Thomas tetigerit vulnera Christi? Glossa dubitat; Euthymius putat non tetigisse: sed contrarium sentit S. Augustinus, qui tract. 121 ait: « Videbat tangebatque hominem, et confitebatur Deum quem non videbat, neque tangebat; sed per hoc quod videbat atque tangebat, illud jam remota dubitatione, credebat. » Idem ait S. Gregorius, Cyrillus, Theophylactus et Beda. Idem sentire videtur S. Chrysostomus, nec videtur dubitandum, quia cum Dominus dixerit: « Infer digitum tuum huc, » nisi factum esset, non preteriret Joannes eum sine tactu credidisse.

Addi, Christum præcipere hic Thome ut inferat digitum, cui præcepit sane Thomas obediuit. Certa ergo res est, ait Toletus, et in confessio

apud omnes, Thomam secundum Domini praecipitum vulnera Christi tetigisse: hoc enim jussit Christus, ut argumentum efficax resurrectionis suæ, non tantum Thomam, sed et fidelibus sacerdotum omnium reliqueret. Unde S. Augustinus, serm. 147 *De Temp.*: « Voluit, inquit, quibusdam dubitantibus exhibere in illa carnis cicatrices vulneris, ut sanare vulnus incredulitatis. » El. S. Ambrosius, in cap. ult. *Luc.*: « Tactu, ait, suo dubitum me docere, sicut doceat et Paulus. » Audi S. Gregorius, hom. 26: « Non hoc cast, sed divina dispensatio gestum est. Egit enim miro modo superma clementia, ut discipulis ille dubitans, dum in magistro suo vulnera palparet earnis, in nobis vulnera sanaret infidelitatis. Plus enim Thome infidelitas ad fidem, quam fides credentium discipulorum profuit, quia dum ille ad fidem palpando reductur, nostra mens omni dubitatione postposita in fide solidatur. » Rursum S. Augustinus, serm. 161 *De Temp.*: « Thomas ergo, cum esset sanctus, fidelis et justus, hec omnia scilicet requiri; non quod ipse aliquid dubitaret, sed ut omnem suspicionem incredulitatis excluderet. Nam sufficerat illi ad fidem propriam vidisse quem noverat, sed nobis operatus est ut tangere quem videbat, ut si forte diceremus delusa fuisse oculos, non possemus dicere manu illius fuisse frustralas. In resurrectionis enim manifestatione de aspectu ambo potest, de tactu non potest dubitari. »

Dices: Christus ait: « Vide, non: Tange, manus meas. » Ergo Thomas eas vidit, sed non tetigit. Respondeo: « Vide, id est tange, ut ipse tactu video, id est certo cognoscas me crucifixum euenum numero resurrectione. Ita S. Augustinus, tract. 121. Visus enim, quia generalis et nobilissimus est sensus, hinc pro qualibet sensu, etiam tactu, capitul. uti ostendit Exod. xx, 10, ad illud: « Populus videbat, id est audiebat, voces. »

An cor-
pus gla-
brius
flesus
tenuis
tenuis
tenuis Dices secunda: Corpus Christi gloriosum est subtile, ergo impalpabile. Respondent Cyrilus, Chrysostomus, Leontius, Theophylactus, divina dispensatione fuisse palpabile a Thome ad fidem resurrectionis faciendum: minirum modus ille resistenter, qui est in corpore (quo scilicet unum corpus alteri resistat, ideoque ab eo est palpabile), quae est passio et proprietatis: quantitas, est in potestate Christi et ceterorum Beatorum, ut maneat vel tolatur a Deo ad libitum eorum. Deum est de visibilitate; unde Christus quando videbat, videbatur; quando nolebat, non videbatur. Vide dicta *Luc* cap. ult., vers. 39.

Porro, digitus hic S. Thome religioso asseratur Thome in Basilica S. Crucis in Jerusalem (ubi dominus eum aspexit et deosculatus sum) una cum S. Cruce, titulo, clavo et spinis coronae spinae, quo S. Helena et Jerusalem codem translati. Ex eo vero quod ait Christus: « Affer manum tuum, et mitte in latum meum, » collige vulnera lateris Christi false ingens et immane,

utpote in quod totam manum suam, que magna et crassa erat, mittere potuerit Thomas: unde illud ipse pro se susceptum admirans, exclamat: « Dominus meus et Deus meus, » ac in eo comorari, et per illud in cor Christi ingredi desiderabat, ut multi Sanctorum desiderarent, ac inter alios S. Bernardus, S. Franciscus et S. Elzevirius, comes Ariani. Vide S. Bernardum, serm. 61 in *Cant.*

28. RESPONDIT THOMAS, ET DIXIT: « DOMINUS VERS. 28
MEUS ET DEUS MEUS. — Dixit hoc Thomas, non ante, ut vult Euthymius, sed post contactum Christi, et patet in vers. seq. Mansit ergo Thomas incredulus, donec tactu explorans vulnera Christi, ex eius re ipsa cognovit ipsissimum esse Jesum, qui iam appareret redivivus et qui in cruce vulnera iam dicta suscepserat. Ita Tertullianus, lib. *De Anima*, cap. XXVII; S. Ambrosius, in *Psalm* XLIII; S. Hilarius, lib. II *De Trinit.*; Cyrilus, lib. XII, cap. LVIII; Gregorius, hom. 26.

DOMINUS MEUS ET DEUS MEUS. — Suppone: Tu es, o Christe! Graece est *τοποθετηθεισας αριθμος i*, quo eum verum esse Deum significat, non participationem, sed naturam, ait Cyrilus, scilicet *και ουδε πατερ εστιν ουδε Συρος, Δομινο μη, et Deus mi. Agnos-* cit et dannat hic Thomas humili et penitens priorem suam incredulitatem, idque facit magno fidei, spei, penitentie et charitatis affectu. Voce *Dominus* confitetur humanam Christi naturam; voce *Deus* divinam, q. d. Ego, quia non credebam te esse Deum, hinc non credebam te resurrexisse: jam quia resurrexisse te video, credo pariter te esse Deum, ideoque quod tu vi divinitatis tuae corpus tuum a morte ad vitam suscitaris. Ita Illarius, lib. VII *De Trinit.*, et S. Ambrosius, in *Psalm*. XLII, qui et addit *o Dominus* significare Christum esse redemptorem nostrum, utpote qui nos sanguine suo emerit, ideoque iure empionis et redemptionis omnium sit Dominus. Hisce verbis ergo Thomas Christo adorationem latriva exhibuit, ait Francisco Suarez. Audi S. Augustinus: « Videbat tangebatque hominem, et confitebatur Deum, quem non videbat, neque tangebat; sed per hoc quod videbat atque tangebat, illud jam remota dubitatione credebat. » Hinc Concilium Constantinopolitanum (*Ecumenicum V*, in *Consti.* Vigilius pape, que pertinet ad collationem quintam, anathema dicit Theodore Mopsuestio, qui illud, a *Domino meus et Deus meas*, « dictum velebat a Thome, non Christum Deum confitente, sed ex miraculi stupore et admiratione Deum colaudante (1).

Nota: *o meus, q. d.* Licet Jesus omnium sit Dominus et Deus, meus tamen proprius est, quia ipse me ovem perditam quasi oster bonus reservavit; quare vicissim eum infiniti amici mei

(1) Insuper huius interpretationi obstant et interjecta, et, et verba dicta *πίνακα*, quae nomini ad Christum referri possunt.

dullis diligo et veneror, quasi meum singularum Deum et Dominum. Tu vero, o Jesu, mihi es Deus et Dominus, quia tuis hisce vulneribus, que jam palpavi et verissima cognovi, mihi meruisti et impetrasti hanc fidem, qua credo te vere resurrecte; et hanc spem, qua spero per merita vulnerum tuorum obtinere gratiam et gloriam; et hunc charitatis fervorem, quo te ardentissime ut Deum et Dominum meum diligo, tibiique motum offero et conserco in servum perpetuum, ut nihil deinceps agere velim, nisi quod tibi placeat, nisi quod laetet et glorietur. Utinam hunc cordis mei sensum tofi mundi pandere et asprire valerem! Utinam omnibus gentibus hanc tu fidem, spem e. amorem depredicare et communicare possem! Scrum, tu mihi semper eris Dominus meus et Deus meus. Sic S. Franciscus crebro dicebat: « Deus meus et omnia. » Et regius Prophetæ: « Quid enim mihi est in celo, et a te quid volui super terram? Descit caro mea et cor meum: Deus cordis mei, et pars mea Deus in eternum. » Psal. lxxii, 26.

Ver. 29. DIXIT EI JESUS: QUA VIDISTI (id est certio cognovisti) NE, THOMA, CREDIBISTI: BEATI QUI NON VIDERINT, ET CREDIBERUNT. — q. d. Beatus es, Thoma, qui me tetigisti, ideoque credidisti me resurrecte esse que verum Deum, iuxta illud: « Beati oculi, qui vident que vos videtis. » Lue. x, 23. Verum magis beati sunt, qui non viderunt, nec timaverunt, ne in me crediderunt, quia ibi fides magis habet meritum, ubi humana ratio non probet experimentum, ait S. Gregorius. Dicit: « crediderunt, » quia ceteri Apostoli, et per eos multi fideles iam crediderunt Christum resurrecte; sed sub praeterite crediderunt intelligunt presens credunt, et futurum credent, q. d. Beatores sunt et erunt, qui cum me non viderint, in me tam credunt, vel credent, ob rationem jam dictam. Addit S. Augustinus eos qui credunt, jam credidisse in Dei præsencia et predicatione, ideoque dicit crediderunt; sed hoc subtilius et acutius est quam solidius.

Hinc S. Gregorius, hom. 26; S. Hilarius, lib. VII De Trinit.; et S. Augustinus, tract. 121, docent Thomam aliquid vidisse, aliud credidisse: vidisse scilicet Christum jam resuscitatum, credidisse vero eum esse Deum, ac consequenter eum sumpsisse et suscitasse; unde dixit: « Dominus meus et Deus meus, » q. d. Christus: Quia tu, o Thoma, vidisti et tetigisti humanitatem meam jam resuscitatum, idcirco credidisti divinitatem in ea latenter et resuscitatem. Resurrexit enim Christi confirmavit omnia eius dogmata, inter que unum erat se esse Messianum Filium Dei, mortuorum in cruce pro salute hominum, ac tertio die a morte resurrectum: quia omnia hic creditit Thomas.

Rursum, id quoque quod sub sensum cadit, quodque videmus et tangimus, credere possumus fide divina, sed ob alias rationem formalem.

Videmus enim, quia oculis illud aspicimus; credimus vero, quia id ipsum revelavit Deus, maxime si sensu errare possit, aut involvatur aliquid quod non videtur, ut hic est resurrectionis Christi jam præterita: de fide resurrectionis enim dubitavit et arguitur hic Thomas.

Dices: S. Augustinus, tract. 40, ait: « Fides est credere quod non vides. » Respondeo: Id verum est hoc sensu, quo precipua objecta materialia fidei talia sint, ut non videantur, at non omnia: formale autem fidei objectum, scilicet revelationis Dei semper talis est, scilicet invisibilis.

Licet ergo Thomas, quatenus vidit Christum resuscitatum, etenam formaliter id non credidit; tamen quia Christum, quia homo erat jam suscitus, vidit et audivit idem asservare et revalere, hinc credidit Deus per os Christi et Apostolorum dicens et revelat: « Hoc, scilicet non phantasma in specie et forme Christi, ut ante putabat Thomas, sed ipsum Christum vere a mortuis resurrecte et apparuisse Apostolis. Si dicimus: Quia vidisti miracula, quia audisti predictionem Evangelii, ideo credidisti; ubi vox quia non rationem, aut causam formalem credendi (huc enim est unica Dei revelatio), sed disponentem et moventem ad credendum significat.

Potest tertio sic exponi: « Quia vidisti me, Thoma, credidisti: » credidisti, inquam, fide non divina, sed humana: sic credimus, id est assentimus illis que videmus et scimus. Credere ergo idem est quod assentiri. Ita Toletus. Audi S. Gregorius: « Tangebat hominem, et Deum confitabatur; » Theophylactum: « Qui prius fuerat infidelis, post lateris tactum optimum se Theologum ostendit, duplicum naturam et unam hypostasim Christi ediscens. Dicens enim Dominum, natum humanum; dicens Deum, divinam confessus est in uno et eodem. »

30. **MULTA QUIDEN ET ALIA SIGNA FECIT JESUS IN CONSPECIE DISCIPULORUM MUNORUM, QUE NON SUNT SCRIPTA IN LIBRO HOC. —** « Signa fecit, » tum per totam vitam, ali. Euthymium et Riberam, tum proprie post resurrectionem suam, ait Chrysostomus et Theophylactus, quia de ea sermo proxime præcessit; et haec signa Christus fecit coram solis Apostolis, cetera vero coram populo et turbis, q. d. Praeter signa Apostolis et Thomas exhibita, quae jam recensui, Jesus mihi alia edidit, quibus sua dogmata, sed maxime suam resurrectionem confirmavit, que ego Joannes scribere nolo, non prolixior sim, et quia multa ex illis iam ab aliis Evangelistis prescripta sunt. Ita S. Thomas, Lyranus, Cajetanus, Riberam, Toletus et alii.

Videtur enim Joannes haec clausula finire librum sui Evangelii de Christo Christisque vita, morte et resurrectione, alt. S. Augustinus, tract. 127; namque sequuntur cap. ult., non tam ad fidem resurrectionis Christi conciliandam apud Apostolos, utpote qui jam illam credebant, quam ad mysteria Ecclesiae et primatum Petri pertinent, ut

scilicet ostendatur multiplicatio fidelium in Ecclesia, quibus Christus abiens in celum prefecit Petrum, eumque sibi Vicarium in ea regenda constituit. Minus verisimile est quod consel Janseni, cap. cxlvii, Joannem voluisse hic finire Evangelium; sed cum postea memoria ejus occurserent, quo cap. ult. narrarant, eadem addidiisse. Videut enim non tantum Spiritus Sanctus, sed et Joannes, non ex recordatione, sed destituto proposito illa addidisse.

31. **HAC AUTEM SCRIPTA SUNT, UT CREDATIS QUA (quod) JESUS EST CHRISTUS (scilicet Messias redemptor mundi, a deo olim Abraham et Davidi promissus, et nunc re ipsa in carnem missus.) FILIUS DEI: ET UT CREDENTES, VITAM (gratiae in presenti, et glorie in futuro aeternum) HABEATIS IN NOMINE EJUS, —** id est per nomen ejus, hoc est, per eum, ait Chrysostomus, scilicet per merita et satisfactionem Christi, que nobis per fidem et Sacra menta applicantur, si scili-

cet credamus in eum ejusque preceptis obedientes. Credere ergo oportet eum esse primo, Iosephum, id est Salvatorem mundi; secundo, esse Christum, id est Messiam a toto saeculo expectatum; tertio, esse Deum, Deum filium; quartu, quod ipse credentibus in se subiecto obedientibus dabit vitam eternam. « Ille enim vere credit, qui exercet operando quod credit, » ait S. Gregorius (1).

(1) Ultimum hujus Evangelii caput, non a Joanne ipsi, sed ab ecclesia Ephesina, forte a Joanne presbytero Ephesino, Ecclesie consuersa, post Joannis obitum, eum in finem adjectum fuisse, ut ostenderetur impletam esse quod Christus de longevitate Joannis ac non violentia ihesu morte predixisset, Grotius contendit prius; atque hanc eis sententiam plures secuti, hoc caput vel a Joanne presbytero, vel a Caio, Apostolorum hospite, additum fuisse putarunt. Examen diversarum sententiarum accuratissimum instituit Knoel in Commentarij ad b. l., qui ipse cap. xxi authentiam acriter defendit riteque probat.

CAPUT VIGESIMUM PRIMUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Christus apparet Petro et eis ejus sociis in captura piscium. Secundo, vers. 13, Petro plus ceteris se diligenter oves suas pascentes et fideles omnes regendos committit, eique mortem crucis predicit. Tertio, vers. 22, Petro roganti quid de Joanne futurum sit, Christus respondet: Quid ad te? tu, me sequere.

- Postea manifestavit se iterum Jesus discipulis ad mare Tiberiadis. Manifestavit autem sic: 2. Erant simul Simon Petrus, et Thomas, qui dicitur Didymus, et Nathanael, qui erat e Cana Galilæa, et filii Zebedeei, et alii ex discipulis ejus duo. 3. Dicit eis Simon Petrus: « Puto pasci. » Dicunt ei: Venimus et nos tecum. Et exierunt, et ascenderunt in navem; et illa nocte nihil prenderunt. 4. Mane autem facta stetit Jesus in littore non tam cognoverunt discipuli quia Jesus est. 5. Dixit ergo eis Jesus: Pueri, numquid pulmentarium habetis? Respondentur ei: Non. 6. Dicit eis: Misericordia in dexteram navigii rete, et invenietis. Misericordia ergo; et jam non valebant illud trahere præ multititudine piscium. 7. Dicit ergo discipulos ille, quem diligebat Jesus, Petro: Dominus est. Simon Petrus, cum audisset quia Dominus est, tunica succinxit se (erat enim nudus) et misit se in mare. 8. Alii autem discipuli navigii venerunt (non enim longe erant a terra, sed quasi cubitis ducentis), trahentes rete piscium. 9. Ut ergo descendebant in terram, viderunt prunas positas, et pisces superpositum, et panem. 10. Dicit eis Jesus: Afferete de pisibus, quos prenderidistis nunc. 11. Ascendit Simon Petrus, et traxit rete in terram, plenum magnis pisibus cœnam quinquaginta tribus. Et eum tanti essent, non est scissum rete. 12. Dicit eis Jesus: Venite, prandete. Et nemo audiebat discubentium interrogare eum: Tu, quis es? scientes quia Dominus est. 13. Et venit Jesus, et accipit panem, et dat eis, et pisces similiiter. 14. Iloc cum tertio manifestatus est Jesus discipulis suis, cum resurrexisset a mortuis. 15. Cum ergo prandissent, dicit Simoni Petro Jesus: Simon Joannis, diligis me plus his? Dicit ei: Etiam, Domine, tu scis quia amo te. Dicit eis: Pasce agnos meos. 16. Dicit ei iterum: Simon Joannis, diligis me? Ait illi: Etiam, Domine, tu scis quia amo